

Lib. H. D. prædict. inveniatur juxta Leges Civiles & Maritimas ac Supremæ Curiaë Admiralitatis Nostræ Angliæ prædict. consuetudines ab antiquo vsitas ac alijs Viis modis & medijs legitimis quibus melius Sciveris aut poteris procedend<sup>m</sup> ac hujusmodi Causas & Contractus Audiendum Examinand<sup>m</sup> discutiendum & ffine debito terminandum (Salvo jure semper provocandi & Appellandi ad Supremam Curiam Admiralitatis Nostræ Angliæ prædict. et ad Judicem sive præsidem Curiaë ejusdem pro tempore existente et Salvo Semper Jure Supremæ Curiaë Admiralitatis nostræ Angliæ prædict. necnon Judicis & Registrarij ejusdem Curiaë quibus & eorum Alteri nolumus derogare per p<sup>r</sup>sentes) necnon naves personas Res Bona Merces & Mercimonia quacunq pro præmissis & eorum quolibet & alijs Causis quibuscunq ea concernent, vbicunq locorum infra Omnes Super Occidentale Littus Commitatus prædict. in Provincia & Territorio Nostris de Maryland prædict. & partes Maritimas eorundem fuerint inventa seu reperta infra Libertates seu Extra Realiter arrestandum seu arrestari faciendum & Mandandum ac personas quascunq in eâ parte prout Casus Exiget in quacunq Curiaë Vice Admiralitatis Nostræ Provinciaë & Terretorij Nostrorum de Maryland prædict comparere & respondere cum cujuslibet coercionis temporalis alteriusq pœnæ & mulctæ potestate juxta leges & consuetudines prædict compellandum & Justiciam faciendum et Ministrandum etiam Juris Ordine Servato Seu velo levato sine Strepitu & ffigura Iudicij Sola facti & Rei veritate inspecta necnon sumarie & de plano procedendum Reosq et contemptores ac Juris & Jurisdictionis Admiralitatis prædictæ violatores Usurpatores Delinquentes & contumaciter absentes naucleros Marinarios Remiges piscatores Naupegos & Alios Operarios & Expertos quoscunq Res Nauticas quascunq exercentes tam juxta et Secundum prædictas Leges Civiles & Maritimas ac Ordinationes & Consuetudines prædict. & eorum demerita quam Juxta & Secundum Statuta & Ordinationes prædict. ac Regni Nostri Angliæ in ea parte edita & provisata potestatem tibi in hac parte concedimus mulctandum corrigendum, puniendum castigandum Reformandum ac in quibuscunq Carceribus infra Omnes Super Occidentale Littus Commitatus prædict. in Provincia & Territorio Nostris prædict. & Loca Maritima eorundem existen incarcerandum & incarcerari faciendum & Mandandum incarceratosq quoscunq in ea parte deliberandum & penitus exonerandum & exonerari faciendum & Mandandum Sententiasq & Decreta quæcunq promulgandum & interponendum easq & ea Executioni demandandum cum cognitione & Jurisdictione quarumcunq aliarum Causarum Civilium & Maritimarum quæ sunt Maris vel quæ Mari vel Maris per transitum Sive passagium aut iter Navale Sive Viagium Maritimum & Jurisdictionem